



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 34. Modus numerandis suffragia a Præfide propositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI.  
A.C. 1546.

§. XXXIV.

*Modus numerandi suffragia a Pra-  
side propositus.*

Pallav. c. a.  
n. 9.

**N**il aliud decernendum supererat præter debitum suffragia in Synodo rendi modum, hanc in rem, ut memoravimus jam antea, sanctum, quod quivis viritatem suum ferret suffragium, nequaquam vero eadem pro Nationum numero essent colligenda, prout tamen in Constantiensi Synodo observatum fuerat. Huic Decreto oblictabatur Montanus Cardinalis suam sententiam his verbis proferens: „Satis fore cen-„seo, si modus in nupero Lateranensi „Concilio, cui sub Archiepiscopi Sipon-„tini titulo interfui, servatus adhibe-„retur; ibi enim ad pertractanda varia „negotia tres Patrum coetus feligeban-„tur, qui res mature discussas ad gene-„ralem Congregationem deferebant, ut „ibidem quivis libere sententiam suam e-„diceret: ea vero, quæ in hac Congre-„gatione fuere statuta, in proxima Sel-„fione proponebantur, indeque Decreta „fuerunt condita; hac autem via tran-„quille, ac sine tumultu cuncta decide-„bantur; cum igitur negotia in Tridentino „Concilio longe majoris sint momenti, ac „erant ea, quæ sub Julio II. & Leone X. „sum-

„summis Pontificibus in Lateranensi Sy- Sæcul. XVI.  
 „nodo agitabantur, hinc necessitas petit, A.C.1546.  
 „ut res pertractandæ dividerentur, & fin-  
 „gulis discutiendis peculiares Congrega-  
 „tiones assignarentur, demum vero feli-  
 „gerentur nonnulli, qui Decreta efforma-  
 „rent, circa quæ unicuique suam mentem  
 „in generalibus Congregationibus aperi-  
 „re integrum sit, ita tamen, ut ad stabili-  
 „liendam plenam libertatem Legati non  
 „nisi proponentium partes sustineant, suf-  
 „fragia vero in Sessionibus ferantur. „  
 Cum hoc statutum plurimorum consen-  
 su esset approbatum, Patres unice eo in-  
 tenti erant, ut altera Sessio indicere-  
 tur.

### §. XXXV.

#### *Sessio II. Concilii Tridentini.*

Præstituta die septima Januarii anno *Labbe Coll.*

Domini supra millesimum quingen- *Conc. t. 4.*  
 tesimo quadragesimo sexto habita est *p. 741.*  
 secunda Concilii Sessio, cui præter tres *Pallav. hist.*  
*Conc. Trid.*  
 Legatos & Cardinalem Tridentinum in- *l. 6. c. 5.*  
 tererant quatuor Archiepiscopi, nimi- *Sleid. comm.*  
 rum Aquensis, Panormitanus, Upsalen- *l. 16. p. 560.*  
 sis in Suecia, & Armacanus in Scotia.  
 Hi duo postremi, quorum prior nomina-  
 batur Olaus Magnus, alter vero Rober-  
 tus Venantius seu Vaucopus, nunquam  
 suas Dioeceses lustrabant, eoquod ea-  
 rum non nisi titulum accepissent, atque  
 sum-